



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 162. Epistola Papæ ad Cæsarem Scaphusiæ data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

do equestri soluto ad urbem quidem re- Sæcul. XV.  
diit, vespere tamen solus Constantia A. C. 1415.  
phusiam citato pede contendit, Papam,  
qui ibidem jam advenerat, invisurus.  
Comperta hac Pontificis fuga tota Con-  
stantiensis civitas non modico metu  
turbatur, omnesque dilabi meditantur,  
deprædationis periculum veriti. Verum  
tempestiva Imperatoris prudentia omnem  
excusfit timorem. Ipsus enim equo ve-  
ctus comitantibus Electore Palatino, cun-  
ctisque Aulæ suæ Proceribus urbem ob-  
ibat, ubique fidem interponens, Constan-  
tiæ eandem omnino ac antea fore secu-  
ritatem, nec propter Pontificis absentiam  
Concilium interruptum iri.

### §. CLXII.

#### *Epistola Papæ ad Cæsarem Scaphusiacæ data.*

**S**ub idem tempus ad Imperatorem de-  
lata est Epistola manu Pontificis ex- Vander  
Hardt tom  
2. p. 252.  
arata, in qua significat, venisse se Sca-  
phusiam non ea mente, ut Papatus abdi-  
cationem amore pacis promissam fuga  
sua eluderet, sed potius, ut recuperata  
per Dei clementiam libertate ac vitæ  
suæ securitate liberius hoc negotium exe-  
qui posset, præclusa cunctis calumnian-  
di licentia, ac si potentiorum vi compul-  
sus

F f 2

Sæcul. XV.  
A.C. 1415

fus Papatui cessisset. Subjunxit quoque, Scaphusiae satis salubrem valetudini suæ adspirare auram, illinc vero fugam a se arreptam fuisse inscio Duce Austriaco, quod tamen a veritate abludebat. Non multo post vix non eadem ad. Cardinales, quibus neccidum animi sui propofitum manifestaverat, præscripsit. Seabantur Joannem complures sui Ministri inferioris ordinis, aliique domestici, & paucis post diebus septem etiam Cardinales eo se conferebant, quorum tanea plerique brevi Constantiam reversi sunt.

### §. CLXIII.

*Joannes per deputatos Cardinales ad redditum sollicitatus.*

Sigismundus modicam hisce literis fidem adstruens, eadem adhuc die omnes Nationes ob clandestinam Pontificis fugam non parum turbatas convocat, professus, se Synodum etiam cum pericolo vitae suæ defensurum, proin nemini ullum Joannis absentia timorem incutiret. In eadem Congregatione communis suffragio decretum fuit, ut Scaphusiam ablegarentur Jordanus ab Ursinis, Gulielmus S. Marci, & Amadæus de la Lutiis Cardinales, unacum Archiepiscopo Rhemensi, eisque datum est negotium,

ut